[illegible] mente. non n. consideranda e mensura temp[ore] s. doloris. ut de pe. di. i. mensuram.

Presbit. publicum. hoc ideo fit ut non tm̄ p sit illi ad salutem s[ed] alius sit in exemplum ut de pe. di. i. in actione. in fi. Et pr[o]hibe q[uod] tm̄ notorius crimine [illegible] est sollempnis pnīa.

[illegible]
penitencia meruit esse in pa
diso. in hora ultime confessio
nis. Item celestinus pp.
Agnouimus penitenciam morien
tibus denegari. nec illorum desi
deriis annui. qui obitus sui
tempore hi anime sue cupiunt
remedio subueniri. horremus
fateor tante impietatis ali
quem inueniri. ut de dei pieta
te desperet quasi non possit ad
se quouis tempore concurren
ti succurrere. et periclitantem sub
honere peccatorum hominem redimere
quo se uelle expiri desiderat et
liberari. Quid ergo rogo aliud
est quam morienti mortem addere
eiusque animam sua crudelita
te ne absoluta possit occidere.
esse. Cum dominus ad subue
niendum paratissimus inuitans ad
penitenciam sic promittit pecca
tori. In quacumque hora et c.
Et idem. Nolo mortem pecca
toris sed ut magis conuertatur
et uiuat. Salutem ergo adimit
homini. quisquis mortis
tempore penitenciam sibi
denegauerit. et desperauit de
misericordia dei qui eum
ad subueniendum morienti
sufficere uel in momento posse
non crediderit. perdidisset latro
in cruce premium ad xpi
dexteram pendens si illum
unius [illegible] hore pnīa
non iuuisset. [illegible] Cum esset
in pena penituit. et per unius
confessione sermonis. ha
bitaculum paradisi eo promit

[illegible]
uersio in ultimis positorum me
te pocius est estimanda quam
tempore propheta hoc taliter asse
rente. Cum conuersus ingemu
eris tunc saluus eris. Cum ergo
sit dominus cordis inspector
quouis tempore non est dene
ganda pnīa postulanti. cum
illi se obliget iudici cui occul
ta omnia nouit reuelari.
Qui autem penitencia non de
negatur. nec reconciliacio
sibi deneganda est. Incon
sulto ergo epo penitentem presbiter
reconciliare non debet. nisi
ultima necessitas cogat. Unde in
carthag concilio. iiij. legitur.

Inconsulto epo presbiter penitentem non reconciliet. nisi ultima necessitate.

Presbiter inconsulto epo non re
conciliet penitentem nisi abse
nte epo ultima necessitas cogat.
Cuiuscumque penitentis publicum
et uulgatissimum crimen est. quod
uniuersam commouit urbem
ante absidam manus ei imponatur.

De tempore uero satisfactionis an sit
imponendum morituris. theo
dorus cantuariensis archiepiscopus
in penitenciali suo ita diffi
nit. Infirmis non est imponenda pe.

Ab infirmis in periculo mortis po
sitis pura est inquirenda con
fessio peccatorum. non tamen illis impo
nenda est penitencie quantitas.
sed innotescenda. et amicorum o
racionibus et elemosinarum stu
diis pondus penitencie subleuandum. si forte migrauerit
ne obligati et communione

Absidam. pn̄us est pdicta.

Q. VII

De tempore. in hac q[uestio]ne queritur an pecunia sit mo rientibus imponenda. et d[icitu]r q[uod] no. ut c. c. i. s[ed] tm̄ innotescenda e eis p[ro]p[ter] [illegible]

[illegible] [illegible] que tu fecisti talem debes penitere s[ed] expecta

[illegible] quouis [illegible] ut de pe. di. vi. qui uult. [illegible] [illegible] sacerdos p[ro] suo arbitrio possit iniungere penitencias. [illegible]

[illegible] e. c. [illegible]
[illegible] sacerdos circumstancias omnes [illegible] persone
[illegible] loci et criminis qualitatem et cum [illegible] ut
[illegible] de pe. di. v. in pn̄. habentur. Quis quid ubi quibus
[illegible] cur quomodo quando.
[illegible] inquirenda. diligenter sacerdos [illegible]
[illegible] ut de pe. di. v. in pn̄. [illegible] nam [illegible]
[illegible] [illegible] ut. xiij. q. ij. [illegible] et c.
Anime.

Gratian

UNIV. [illegible]

impia. iudicio. ex hoc patet quod penitentie omnes sunt arbitrarie. unde potest in numere penitentiam quam iudicat ... ut. xxvi. q. ii. latorem. sicut peccati ... et ei potest mandare consilium illi quod mandauit dominus. ut ... man. si hominem.

Sacerdos. absque personarum. i. ut non fauore persone. sed aliud persone qualitas considerabitur. ut dixi. e. c. tempora. Omni autem. i. omni anno in tempore ieiunii. ut di. l. ...

Ceteris. uero quod haberi ... actio senectutis ut lxxx ... di. tenera et inuenti ... ut. xxxii. q. ii. in ad olescencia. e. l. di. peni tentes et nobilitatis. ii ... di. non cogantur. ... paupertatis. ut ex. de ... c. ult. ff. fin... ... ex. e. t. detecto.

& consorcio uenie fiant alieni. A quo periculo si diuinitus ereptus conualuerit: penitentie modum a sacerdote sibi impositum diligenter obseruet. Et ideo secundum canonicam auctoritatem ne illis ianua pietatis clausa uideatur: orationibus & consolationibus ecclesiasticis sacra unctione olei inuncti secundum statuta sanctorum patrum communione uiatici reficiantur. Alius uero pro qualitate peccati & presidentium arbitrio penitentie tempora determinanda sunt. Vnde leo papa. Presidentium arbitrio prefigantur tempora penitentie.

Tempora penitudinis habita moderatione constituenda sunt tuo iudicio prout conuersorum animos perspexeris esse deuotos. pariter & habentes etatis senilis intuitum & periculorum quorumque aut egritudinum respicientes necessitates. In quibus siquis ita grauiter urgeatur ut dum adhuc penitet de salute ipsius desperetur: oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem communionis gratia subueniri. Item Nicholaus papa. Qualitas criminis & etas penitentis considerentur in satisfactione.

De hiis uero qui pro criminibus penitentiam gerunt & ad cingulum milicie reuertuntur constat eos contra sacras regulas agere. Verum quia crimina non equalia sunt. prohibesque alios hominum propter nimiam ebetudinem in desperationem cecidisse. alios ob hoc ad paganos fugisse tibi committimus hoc determinandum. nimirum qui loca & tempora religionis illius modumque culpe. nec non & penitenciam & gemitus hominum ad confessionem uenientium preses positus inspicere uales. Item ex concilio laodicensi.

Hii qui diuersorum peccatorum lapsus incurrunt. & oratione & confessione ac penitentia malorum suorum perfectam conuersionem demonstrant pro qualitate peccati penitentie tempus attribuendum est. propter misericordiam & bonitatem dei. Qui in gradu hii sunt reuocandi & ad communionem sunt applicandi. Item ex concilio cartaginensi. iiii. Episcopi arbitrio penitentie determinentur.

Penitentibus secundum differenciam peccatorum episcopi arbitrio penitentie tempora decernantur. Item ex concilio laodicensi. iiii. Sine personarum acceptione penitencia detur.

Sacerdos penitenciam implorantí absque persone acceptione penitenciam secundum leges iniungat. Negligenciores uero penitentes tardius reconcilientur. Omni autem tempore ieiunii manus penitentibus a sacerdotibus imponantur. diebus & remissionis penitentes genua flectant. mortuos in ecclesia afferant & sepeliant. Die autem dominico non ieiunent. Nam qui die dominico studiose ieiunat non creditur esse catholicus. Penitentes uero qui leges penitentie attente exequuntur si casu in itinere uel in mari mortui fuerint: ubi eis subueniri non possit memoria eorum & orationibus & oblationibus commendetur. Vnde in viii. sinodo legitur. Tempus penitentie pro qualitate delicti.

Pro qualitate delicti tempus penitentie impendatur. Tempus & modus.

Hoc sit positum in delinquentium iudicio eorum qui presunt in presidentis arbitrio. uel quanto tempore uel quali modo penitere debeant qui delinquunt.

quia etas ad eruditionem multam haberi facit differenciam pene. Quo affectu penitentem suscipe & impenitentem

Cetibus uero militie. quod non licet ut di. l. siquis post acceptum. & xxxiii. q. ii. Ammonere ... preses. sic uidet potest melius dare qui uiuit fidei est adhibenda testibus. ut ff. de testi. l. iii. Jo.

... ecclesie ... episcopi ... capitule. tempus ... sionis. i. ieiunii ... recipiant ... bent. ii. penitentes ... horibus ... Ampliarit. ut de pe. di. i. ... pua.

Diuersorum ... di. siquis ... intimam ... Penitentes ... non ... pro ... Jo. ff. ... uo. ... e. co. ...

Et hoc sit ... numquid ... pot ... temp ... non. ut ... q. iii. ... plat.

Qua etas. quia etas non excusat. ut. xxi. q. i. siquis cuiuslibet. Jo.

Affectum. hic uult dic̄ q̄ eum debent habere affectum in reiciendo et recipiendo peccatores sicut habuit apostolus qui excommunicauit et postea recepit corinthium qui publice tenuerat nouercam suam. operatio i. ipsum se gerit scilicet […] [illegible] amur sollicitu dine de penis futuris.

tenax. hoc est ratio quare iudex potest augere bonus legis sed illud non potest diminuere. ff. de re mili. seruen. sim. lex generalia que princeps ponit in suis priuilegiis et non debent stricte et tenaciter interpretari. ut ex. de decimis. ad audientiam. et xvi. q. i. frater. ex. de dona. cum dilecto.

abicere debemus ex eadem sinodo euidenter ostenditur dum dicitur **Summo caritatis penitentem suscipere debemus.**

Penitentem ex corde ita oportet suscipi sicut dominus ostendit cum dixit. quia conuocaui amicos meos et uicinos dicens. congratulamini michi quia inueni ouem quam perdideram. Item. **Penitentes legem dei diligunt.**

Affectum illum in se recipiant penitentes quem ille gerebat qui dicebat. Iniquitatem odio habui et abhominatus sum. secundum ea que scripta sunt in .vi. psalmo atque in aliis quamplurimis. uel ea que apostolus dixit ad eos qui sub deo contristati sunt. Quantum operatum est inquit in uobis sollicitudinem sed indignacionem sed emulationem. sed ut dictum in omni exhibuistis uos cautos esse negocio. sed et ipsis in quibus delinquit agens multa contraria. sicut et zacheus fecit. **Inpenitentes abiciantur.**

Erga eum qui peccata sua non punit tales esse debemus sicut precepit dominus dicens. sit tibi sicut ethnicus et publicanus. et sicut apostolus docuit dicens. Subtrahite uos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum tradicionem quam tradidimus uobis. Item iohannes crisostomus. **Melius est errare in misericordia remittendo quam in seueritate ulciscendo.**

Alligant autem honera inportabilia. et c. tales sunt sacerdotes etiam nunc qui omnem iusticiam populo mandant et ipsi nec modicam seruant. uidelicet non ut faciendo sint sed ut dicendo appareant iusti. Tales sunt qui graue pondus uenientibus ad penitentiam inponunt quia dicunt et non faciunt.

multa contraria. perpetrauit. non dicit contra […] quibus penitet [illegible] si quis [illegible]

Alligant. exclusum est. arg. quod iudex potius [illegible] misericordiam quam rigorem. sed di. ponderet. infra. et lxxxvi. di. non satis. xi. q. iii. nemo prior. ex. de sortil. c. ii. quamquam aut potius seruatur rigor quam misericordia. scilicet ubi non est spes correctionis. ut. xxiii. q. iiii. est iniusta.

Et sic dum penitentie pena presentis fugitur contempnitur pena peccati futura. Sicut enim si falcem super humeros adolescentis quem non potest baiulare posueris necesse habet ut aut fascem reiciat aut sub pondere confringatur. Sic et homo cui graue pondus penitencie inponis aut penitenciam reiciet. aut suscipiens dum sufferre non potest scandalizatus amplius peccat. Deinde et si erramus modicam penitenciam inponentes nonne melius est propter misericordiam rationem dare quam propter crudelitatem? ubi enim pater largus est filius dispensator non debet esse tenax. Si deus benignus, ut quid sacerdos eius austerus uult apparere? Item martinus papa. **Kalendarum obseruationes agere non licet.**

Non liceat iniquas obseruationes agere kalendarum et ociis uacare neque lauro aut uiriditate arborum cingere domos. Omnis enim hec obseruatio paganorum est. Item zacharias papa. **Anathema sit qui ritu paganorum kalendas obseruat.**

Siquis kalendas ianuarii ritu paganorum colere uel aliquid plus nouum facere propter nouum annum aut mensas cum lampadibus uel epulis in domo preparare et per uicos et plateas cantatores et choros ducere presumpserit, anathema sit. Item augustinus. **Infirmitatibus hominum incantatores non adhibeantur.**

Ammoneant fideles sacerdotes populos ut nouerint magicas artes incantationesque quibuslibet infirmitatibus hominum nichil posse remedii afferre, non animalibus languentibus claudicantibus uel etiam moribundis quicquam mederi. sed hec esse laqueos et insidias antiqui hostis quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et siquis hec exercuerit.

Non liceat. ab hoc loco usque in finem repetit que c. que initiatur in .v. questione. in quibus omnibus reprehendunt christianum qui instar paganorum dies obseruant et annos. et alias similes superstitiones.

Siquis. hic repetit magister .c. que est traditum obliuioni.

Ammoneant. de eodem.

BIBL. UNIV. HELS. Mscr.

Non obseruetis egipciaca: quos egipcii inuenerunt [illegible] qui aliq[illegible] malum inceptum [illegible] tm ex [illegible] et [illegible] signant [illegible] dies in kalendariis suis.

[C]lericus degradetur. laicus ante[m] excōicetur. ¶ Item aug. [illegible] egipciacis [illegible] ianuarii [illegible] [illegible] sunt [illegible]

Non obseruetis dies qui dicuntur egipciaci aut kalendas ianuarii in quibus cantilene quedam et com[m]essaciones et ad inuicem dona donantur quasi in principio anni boni fati augurio. aut aliquos menses aut tempora. aut dies aut annos aut lune et mensis solis [illegible] [illegible]. Quia qui eas et quascumque diuinaciones aut fata aut auguria obseruat. aut attendit aut consentit obseruantibus. inutiliter et sine causa et magis ad sui dampnacionem quam ad salutem tendit. siue per quosdam numeros litterarum et lune et pytagoricam nigromanciam egrotancium uitam uel mortem uel prospera uel aduersa inquirit futura. siue qui attendunt sompnialia scripta et falso in danielis nomine intitulata. et sortes que dicuntur sanctorum aplorum. et auguria auium. aut aliqua pro domo facienda. aut coniugio copulando. aut in collectionibus herbarum carmina dicunt. aut pytaciolas per quasuis infirmitate scriptas super homines aut animalia ponunt preter symbolum et oracionem dominicam. aut magicis fallacitatibus et grandinariis et tempestatibus credunt. Qui autem talibus credunt aut ad eorum domum euntes aut suis domibus introducunt et interrogant sciant se fidem xpianam et baptismum preuaricasse. et paganum et apostatam id est retro abeuntem et dei inimicum iram dei grauiter incurrere eternam. nisi ecclesiastica penitencia emendatus deo reconcilietur. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

bibitis siue aliquid aliud facitis in nomine domini nostri ihesu xpi. [illegible] in quo uiuimus mouemur et sumus.

De temporum non obseruacionibus scribit aug. in enchiridion. Graue peccatum est obseruare dies menses et annos.

Quis estimaret quam magnum peccatum sit dies obseruare et menses et annos et tempora sicut obseruant qui certis diebus siue mensibus siue annis uolunt uel nolunt aliquid inchoare eo quod secundum uarias doctrinas hominum fausta uel infausta existiment tempora nisi huius mali magnitudinem pensaremus ex timore apli qui talibus ait. timeo uos ne forte sine causa laborauerim in uobis. Idem super eplam ad galathas. Intelligat lector ad tantum periculum anime pertinere supersticiosas temporum obseruaciones ut dicat apls. Timeo uos ne sine causa forte laborauerim in uobis. Et quamuis tanta celebritate atque auctoritate per orbem terrarum in ecclesia legatur. plena sunt tamen conuenticula nostra hominibus qui tempora rerum agendarum a mathematicis accipiant. Iam uero ne aliquid inchoetur aut edificiorum aut huiusmodi quorumlibet operum diebus quos egipciacos uocant sepe etiam nos monere non dubitant. Item ieronimus.

Sine incantacione herbas uel petras licet habere.

[D]emoniacis [illegible] licet petras uel herbas habere sine incantacione et portare.

Explicit causa uicesima sexta.

[illegible library stamp]

cuidam uoti